

que est in parte occidentis a via que vadit ad Massariam Bery usque ad limitonem, titulatum, titulo Salpensis Episcopi in qua parte laboravit in anno proximo preterite terciedecime Indictionis, Malgerius de porfido. Episcopo predicto Cannensi. dicente predictam lamam esse unam peciam tam ab una parte dictie vie Bery quam ab alia que terra incipit a via qua itur de Santo Cassiano Salpas, et Giratur, iuxta terram quoddam dompne Sibille et iuxta terram Curie et iuxta terram aliam eiusdem Ecclesie et iuxta limitonem que revolvitur ad terras titulatas, titulo Ecclesie Salpensis, et iuxta viam qua itur de puteo culmo ad Massariam Stephani de niversa; et predictam viam que vadit ad dictam Massariam Bery non esse antiquam sed novam, et factam per medium dictae terre sue ibi via esse non consuevit, et se esse in possessionem percipiendi terraticum, et Iornales Ovyum de tota dicta pecia terre ab una parte dictie vie Bery quam ab alia. usque ad predictum limitonem, Salpensis Episcopi et dicebat etiam dictus Episcopus se indebite perturbari, ab ipsis Baiulis super perceptionem terratici, Ballarum, ficarum in dicto territorio in loco piscarelli, quas dicebat esse sue Ecclesie, et se esse in possessionem percipere terraticum et lornales Ovyum de eisdem, que sunt iuxta viam Salarole et iuxta terras Santi Samuelis, et iuxta alias terras Ecclesie Cannensis. predictis Baiulis contrarium asserentibus et dicentibus se pro parte Curie debere recipere terraticum a Philippo Bernaba qui dicto anno terciedecime Indictionis terras seminavit easdem. Tandem communium amicorum interveniente tractatu, de communi partium voluntate in nobilem virum Andream de Iudice Ioy de Barolo compromittere curaverunt, qui Andreas de mandato Iustitierii. Ita determinandam suscepit ut videlicet ipse visis rationibus et probationibus partium pronunciaret de dictis terris et qualibet isparum illi parti partium predictarum terraticum exhibendum que se melius probaverit esse in